TENTAMEN MEDICUM, INAUGURALE, QUÆDAM COMPLECTENS DE

Morbis ex Graviditate Pendentibus.

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,

Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto,

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

GULIELMUS LECKY,

HIBERNUS.

Societat. Chemic. et Chirurg. Obstetric.

Soc. Extraord. et Præses Annuus.

Soc. Physic. Sodalis Honorar. et ad acta Edenda ab. Electis.

Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithyia, tuere matres. HORAT.

For you ye delicate I write, for you
I tame my youth to Philosophic cares,
And grow still paler by the midnight lamps.
ARMSTRONG.

Ad diem 25. Junii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:

Apud BALFOUR et SMELLIE,

Academiae Typographos.

M,DCC,LXXXVII.

Viris Eximiis

In agro Catherloughenſi degentibus;

Imprimis

BEAUCHAMP BAGENAL,

ARMIGERO,

DE DUNLECKNY,

Qui plurima beneficia in me

Meoſque variis temporibus

Contulit;

Proximo,

RICHARDO BUTLER,

EQUITI BARONETTO,

DE GARRYHUNDUN,

Senatoribus Hibernicis,

Ille nuper, hic nunc,

Qui patriae conſtanter conſuluerunt,

Rectoque de tramite nullis artibus

Detorquendis;

Denique,

Suo cariſſimo conſanguineo,

Amicorumque optimo,

JACOBO LECKY

DE KILLNOCK,

Viro vitae integerrimae,

Qui in hoſpites benignitate,

In amicos integritate,

Et erga omnes morum ſuavitate,

Summum omnium amorem conciliavit;

Hoc tentamen ſuae

Tantorum virorum obſervantiae,

Grati animi et aeſtimationis,

Pro teſtimonio offert

AUCTOR.

EMENDANDA.

Pag.	lin.	*pro*	*lege*
8.	22.	divexum	devexum.
10.	10.	in	inter.
ib	25.	not	non
13.	1.	oblectenda	oblectanda.
16.	3.	propterea	propter.
ib	5.	tractanda	tractandae.
ib	ib	ut	at
19.	14.	obligatis	oblegatis.
21.	6.	utile	utilia.
23.	14.	affectibus	effectibus.
25:	ad imum	pag. 24.	pag. 22.
30.	lin. 5. 6.	vitriolicum	vitriolicus.
ib	8.	roboratur	roboretur.
33.	3.	eſſet	eſſe.
ib	6.	aboriatur,	oboriatur.
34.	4.	recumbet	recumbat.
37.	6.	lecta	lecto.
38.	6.	varias	varices.
40.	21.	exiliis	auxiliis.
41.	16.	gignenda	gignendae.
ib	21.	medela	medelae.
44.	25.	poſt Prognoſis pone ;	
49.	4.	*pro* affixere	afflixere.
50.	19.	ni	ne.
51.	17.	debilitate	debilitati.
52.	8.	quaevis	quavis.
ib	24.	decidae	deciduae.
53.	7.	neceſſaria	neceſſario.
55.	12.	circa	cura.
ib	18.	ſit, vita	ſit vita,
ib	25.	illi qui	illis, qui.

Doctor Duncan
with respectfull Compliments
from his Pupil & h.ble Serv.t
Willm. Lecky

TENTAMEN MEDICUM,

INAUGURALE,

QUÆDAM COMPLECTENS

DE

Morbis ex Graviditate Pendentibus.

PROOEMIUM.

MECUM in hac inaugurali dissertatione, istos solummodo morbos, qui vel ex utero sub graviditate ampliato ortum trahunt, vel ejusdem praegnantis proprii sunt, percurrere statui; nil autem mihi cum istis, qui fortuito, et incerta origine inter in utero gestandum oriantur, tales enim quod ad causas omnino diversi sint. Quiaque mulieres inter gestandum omnibus forte, qui sub dio grassantur, morbis obnoxiae sunt, ut iis, qui graviditatem molestam faciunt, ni me hoc modo continerem, semitibus meis excederem longe.

Inter dijudicandum annon concipiatur, dubii tantum et difficilis se objicit, quantum a judicio suo pro-

 ferendo

ferendo timidum et cautiorem medicum fere abſterreat; contra autem, tot tantaeque veriſimilitudines in medicis ſcriptis de eadem re proſtant, quot ſufficiant, ad famoſas et probro dedecoratas reddendas mulieres iſtas infelices, de quibus forte ab audacibus vel incautis judicetur; ab iis ſcilicet, qui nec praeſentia nec inſecutura perpendentes rite, quaecunque artis medicae profeſſores temere aut ex credulitate abſona in medium attulere, arrectis auribus accipiunt; ut vero an praegnans ſit quaecunque, an aliter dijudicans medicus, et valde caveat, et decenter audeat, nimis mandari et inculcari non poteſt; quae enim erroribus implicent non deſunt multa et varia.

Ut propoſitum exigam, quodam ordine inſecutura digeram; eo nempe, qui quanquam a ſolito diſcrepans quodammodo, hic maxime convenire videtur.

1mis, Quae ſigna praecipua certiſſimaque gravidari jam coepiſſe monſtrant, recenſere ſtatui.

2do, Prophylaxin proponere.

3ti, Diagnoſin verſare.

4to, Mala conceptionem rectius inſequentia, raroque poſt menſem quintam ſe prodentia, tractare.

5to, Iſtaque menſibus quinque elapſis aboriri ſolent, quaeque ex utero aucta mole ſua, varias functiones turbante, oriuntur.

CAPUT

CAPUT PRIMUM.

SECTIO PRIMA.

Ista quae in utero concipi indicant.

1. UTCUNQUE in obſcuro lateat, qua ratione, quoque proceſſu, graviditas inchoatur; et quanquam fere omnino, quae ad eam pertinent, philoſophorum maxime inſignium acumen effugiſſe videantur; quanquam inſuper poſitiones, quaſi prorſus inter ſe diſcrepantes, de hac re nomina Lewenhoeck, Buffon, et Harvey, celebrarunt incaſſum; patent nihilominus, quandocunque contingit ſatis ejus effectus, a ſignis cito ſupervenientibus; nec in quovis plus, quam in humano genere illa notanda: Conceptionem doctus quidem auctor * definiens, habuit eſſe occultum iſtud quod ſentitur, quandocunque embryon informe adhuc, matri ſuae adnectitur: De iſtis quae talem conjunctionem indicant hic quidem differendum.

2. Quando jam profluxura ſunt menſtrua, facilius in utero concipiunt mulieres, hoc autem apud barbaras magis quam apud cultiores certum; forſitan quia poſteriores luxu et deliciis, apud foeminas quaſcunque con-

* Berdoe Inquiry into the influence of the electric fluid.

conceptioni adverſis tantum indulgent: Nonnulli phyſiologi, quod quandocunque foecundaturum coeatur, et a mare, et foemina (matre vero futura praecipue,) quoddam percellens, et inſolito more jucundum percipitur, dixerunt; hoc tempore quidem in tubis Fallopianis et ovariis haud levis mutatio; horreri quoquè interea nonnihil adnotavit venerandus ſenex Cous *; adjiciens necnon ſtridere dentes, articulos et alia foeminae quaſi convelli, et uterum quodammodo torpere; haec ut virginum propria recenſuit; quodque craſſis tale nil percipitur. Quae olim hujuſmodi monuerat Hippocrates, inter Boerhaavii aphoriſmos illuſtrandos ulterius adhuc ſtabilivit illuſtris Van Swieten †; adjiciens quod multae a ſeipſo curatae non ſolum ex iſtis indiciis quando conceperant, ſed quando parturae erant, fere ad amuſſim didicerant.

SECTIO SECUNDA.

3. Multa alia, Hippocrate auctore, ſerius obvenientia, diutiuſque manentia, obſervari poſſunt, nempe, quod ſubſidit vultus; quod oculi quaſi cavati; quodcunque eorum interea albidum fuerat, fuſco et liveſcente; quod lentigines in ore conſpiciuntur; quod inſuper vinum, et omnis a carnibus confectus cibus, faſtidiuntur; cardialgia interim moleſtante, et ſaliva largius

* In libro ſuo επι Σαρκων.

† Comment. in Boerhaav. Aphoriſm.

largius proritata * : Et ab iſtis praecipue annon gravida ſit aliquae conjicere videtur: Quoniam vero et faſtidium et nauſea non gravidis contingant varie, hujuſmodi omnia, niſi tremor et febris † aliquid ſubſint, incerta eſſe non ſine cauſa adnotavit; circa hoc tempus plerumque aliquantulum, leviter vero, menſtruales fiunt: Fluxu autem paucis intra horas decedente: Abdomen fere ſemper, praeſertim infra umbilicum, ita detumere percipiatur, ut poſtero die facile magis contrahatur induſium ligamine ſuo ‡: Superveniunt deinceps talia, qualia hyſterica exiſtimari poſſint ſigna; mane jejunae nauſea male habentur; quodammodo pallet vultus et contriſtatur, lachrymae nonnunquam ſtillant; et ſaepe ſpaſmo inteſtina corripiuntur: Ventriculi haud raro munera deficiunt; nec rite concoquitur cibus; ſique a plantis confectus, aceſcit.

4. Nec abſimili more guſtus ſaepe depravatur; hinc appetit mulier inſolita et aliena; ſique huic deſiderio indulgeat, mala, calcem, cineres, gypſum muris oblitum, multaque alia prorſus abſona, nonnunquam affectat: Caute quidem ea quae non omnino non idonea ſunt, iis concedenda: Mulieres enim in tali conditione vinum etiam immodice, non vero temulentas inde factas, hauſiſſe accepimus; quandam praecipue (ſicut poſteris reliquit illuſtris Van Swieten ‖) halicum

* Περι Αφορων.

† Αφορ. 61.

‡ Aſtruc de Morbis Mulierum.

‖ Comment. in Boerhaav. Aphoriſm.

halicum ſale conditorum mille et quadringena, incommodo vix inde accepto, inter geſtandum comediſſe; eorundemque piſcium cupiditatem ejus infanti fuiſſe: Eleganter revera a celebri noſtro Profeſſore Gregory * depingitur hic pravus appetitus, ejuſdemque perhibetur ratio.

5. Solitis ſuis intervallis, praeterea, vix unquam menſtrua promanant; fereque ſemper ex utero jam diſtenſo, irritatio quae ad phlogiſticam diatheſin inducendam ſufficit, aboritur; hinc pulſus durus; detractus ſanguis pelle coriacea obtegitur: Irrequieta nunc et ſolicita moleſtatur gravida, magiſque adhuc, ingruente tunc acceſſione, ſub noctem, mammae juxta idem tempus turgent, dolentque, ſubinde necnon (iis vero praecipue quae non antea Lucinae labores expertae ſunt) areolae papillas cingentes fuſcae quodammodo fiunt; ex ipſiſque papillis, ſi comprimantur, ſeroſus latex provenit: Juxta umbilicum dolor, et quaſi vellicatio, nonnunquam percipitur: Signa hujuſmodi plerumque ad quintum uſque menſem perſtant, tuncque ſubito nonnunquam, et ſyncope vel hyſteria accidentibus, foetum (obſtetricum ſermone) vivum eſſe ſentitur.

SECTIO TERTIA.

6. Talia ſunt quae ex graviditate extrinſecus mutantur, quae vero intus, quantum nobis innotuit, ſunt uteri

* In ſuo Excell. Conſpectu Medicinae Theoreticae, Pag. 335. Vol. I.

uteri os, ſuis membranis occluſum; hincque gravidam eſſe quamcumque certiſſime dignoſci adnotavit Galen*; quoniam vero ex inflammatione, aut ſchirro inducto idem contingat, os uteri hoc modo opertum tactu percipi non durum oportere, Hippocrates† rite admonuit: Hoc tempore fere ſemper non amplius menſtrua profluunt; ſubinde autem forte a vaginae vaſis per unum aut alterum menſem uſque ſtillant; aut fortaſſe, etiamſi rariſſime, quamdiu geſtatur.

7. Menſe quarto jam incipiente, fere uteri fundus pubis marginem aſcendens ſuperat; propeque ſymphyſin ejuſdem, aliquod durum, ſeu quaſi plenum, tactum offendit: Quinto autem, praecipue ſi reſupina ſit mulier, fundus aeque ab iſto loco et umbilico diſtat; ſeptimo, umbilicum uſque pertingit; octavo, eum et cordis ſcrobiculum interjacet; et nono, per ſpatium, quod interpoſitum erat, aſſurgens, ſub ipſo ſcrobiculo perſentiri poteſt: Haecque omnia, abdomini extrinſecus digito appreſſo, deteguntur; Quantum res diſcrepant, cum gemini inſint, vel cum tripliciter conceperit quaedam, conſtat ab hoc, quod uterus ſurſum tendit citius; quodque menſibus provectioribus durius eſt magiſque tumens, juxta umbilicum et ſcrobiculum, abdomen.

8. Recenſita nunc, quae ſaepiſſime aliquam eſſe gravidam indicare videntur; quoniam vero forte horum complura a diverſis proveniant cauſis, et quoniam anxietas

* Comment. in Aphoriſm. Hippocr.

† Επι Αφορων.

anxietas quae ſub tali conditione, dubitationem, quod ad futura, injiciat, haud leviter hujuſmodi aegris ſit nociva, ut quid et quale pro certo ſtatuere licet, ulterius indagemus, parvi nequaquam eſt: Ut ideo plenius ſatisfaciatur, et ut magis animus requieſcat mulieris, oportet eam, quamvis invitam, ſeipſam ſubjicere.

SECTIO QUARTA.

Tactui.

9. Multa experientia edoctus auctor * graviditatem inchoantem indiciis duobus nunquam fallentibus inſigniri: Et quidem iſta ſunt foetus ſe commovens; idque, quid digito in vaginam, inteſtinumve rectum inſerto, percipitur: Digitus vero in priorem, cauſa quantum ei juxta os tincae obſiſtitur (ut plerumque minus poſtquam concepit foemina, et vice verſa) explorandi; in poſterius quaſi figura ſit fundus et adjacentia (in non gravida complanata aliquantulum exiſtentia, aliter autem magis rotunda) diſquirendi, inferitur: Graviditatem tactu, non niſi tribus elapſis menſibus, hanc artem exercens facile detigit: Tuncque hoc optime perficitur mane, urina et faecibus ejectis, et antequam cibus aſſumptus fuerit: Situs maxime convenit erectus, ſic enim quodcunque magis divexum ſit, quam ſi recumberetur: Si autem, ſeptimum

* La Motte.

mum circa menſem, cervix anterior per temporis aliquantulum digiti apice inter eam et os pubis adprematur, foetus caput leviter impingens, citoque retractum ſentietur: Non deſunt autem multa, quae omnia tactu explorata, de his rebus, incerta reddant; et propterea monitis ſagacis Smellie* obſequentes, caute, quid dijudicemus, proſpicere oportet; nec unquam quae partum quam leviſſimo periculo afficiant imperare; et praecipue, quando vita aut fama periclitantur, aut culpam praetegere, aut ſaltem ne ullam aſperam opinionem proſſerre debet.

SECTIO QUINTA.

Diagnoſis.

10. Ad iſta, quae jam graviditatem indicantia fuere prolata, ſi reſpiciamus, forſitan diagnoſin inſtituere quaſi ſuper vacaneum videatur: Quoniam vero hujuſmodi diſſertatio manca, nec numeris abſoluta ſine tali ſectione judicetur, quoſdam deſignabo morbos, quibuſcum, ne hic confundatur periculum non omnino deeſt: At hi ſunt hydrometra, aſcites abdominalis et ſaccatus, aut denuo ſchirrus uterum, tubos Fallopianos, vel ovaria obſidens: Ad hanc quidem diſtinctionem rite efformandam haud parum conferrent, quae de iſtis malis profeſſor noſter illuſtris Cullen exhibuit

* Of Touching, Vol. I. pag. 113.

in ſua noſologia methodica * : Graviditatis quidem ipſius notas in noſologiis ſuis Sauvages † Linnaeus ‡ et Sagar ‖ perhibuerunt ; at, ut ne aliquid morer in praedicando quantum eorum quiſque inter depingendam hanc conditionem meritus eſt, celebrem Vogel, noſtrumque doctum profeſſorem, rem tantum ex ipſa natura profluentem inter morbos enumerare, quam abſonum ſit, non latuit ; iſti ideo in libris ſuis ad noſologiam pertinentibus praetermiſerunt.

11. Ut accuratius adhuc in graviditatem et aſciten abdominalem diſtinguatur, tumorem in iſta hydropis ſpecie ſupra totum abdomen aequabilem eſſe adnotetur ; clariuſque vel obſcurius aliquid fluctuans detigi : Ab aſcite vero ſaccato ovarii, eadem tumore, et fluctuatione in iſto latere, ad quod morboſum pertinet ovarium, praeſertim ſentiendis diſcerni poteſt affectio : At quidem hoc non tam quod ad hydrometram facile : Rariſſime autem, quia talis obvenit morbus, quiaque ex tactu reſilet latex ejus, non inepte aliquid de ipſis rebus conjiciatur : Quod vero ad inter graviditatem omnigenaſque hydropes dignoſcendum, aſpectus leucophlegmaticus, cauſaeque indoles remotae non leviter conferunt, adjiciatur : Provectiore inſuper aſcite, preſſa, quanquam leviſſime, abdominis tegumina cedunt ; gravidae autem not ita : Inſigni a noſtro profeſſore

* Synopſ. Noſ. Method. pag. 282. 280. 281. Vol. 2.

† ———————— tom. 1. pag. 66.

‡ ———————————— 123.

‖ ———————————— 270.

fessore Gregory * moniti sumus, quod in ascite, ut supra se habente, circa regionem epigastricam emphysematos plus minusve se in conspectum edit: Quae vero (si addere velis) hydropa et praegrediuntur et insequuntur, ab iis, quae graviditatis propria sunt recensita supra, longe discrepant.

12. Quantum inter schirrum et graviditatem discriminis sit, magis adhuc incertum saepe; tumor autem ex hoc oriundus durior, nec dolens, non raro praeter ipsum gestationis spatium solitum perstans, dum idem commoratur omni discrimen innuat: Difficilius adhuc tale habeatur negotium, si quando apud ovaria foetus resideat; sed etiam sic (modo quod foetus ipsius volumen in rationem ducas) gradatim, et solito more uterus mole augetur, humoribus, non aliter quam si ex natura conciperetur, genitalia appetentibus.

CAPUT SECUNDUM.

SECTIO PRIMA.

PROPHYLAXIS.

13. QUONIAM in hac sectione ut abortui, malisque eum insequentibus, obstemus, praecipue consulendum est; ideo sub jove versari, exercitatio,

* Observat. in Ægrot. Nosocom. decumbentes.

tatio, affectus animi, victus, vestitusque, ut caute animadvertantur oportet: Foeminas gestantes ideo auras quam minime inquinatas respirare non parvi; appetendum propterea rus; et quoniam tali sub conditione exquisitus est odoratus, quaecunque olentia sint ingrata, aut summovenda sunt aut effugienda; aliter enim non raro nausea, evomendi nisus vehementes, et vomitus ipse, imo syncope, ab hujusmodi offensis aboriantur.

14. *Exercitatio.*—Vero nec modo nec gradu abnormis cuivis atque (an a consuetudine an ipsa natura) non incommoda, gravidae convenit: Quod vero ad hoc, sicut adnotavit celeberrimus auctor *, multo magis impune exerceri rustici maritae laboriosae, quam laute viventi et urbanae, conceditur: Citra defatigationem ambulare, et nequaquam apud loca praecipita, saltare non autem diu aut vehemeter, ut res haud nullius momenti posterioribus imperanda sunt: Dum priores, sine ullo aut praesenti aut futuro incommodo, fere ad enixum usque solitos tolerant labores.

15. *Mentis affectus.*—A medicis in excitantes, et deprimentes dividuntur: Istae quidem inter gestandum sibi haud levem attentionem vindicant: Si enim huc et illuc nimis aut temere progrediantur, dirissima forsitan signa, profluvia nempe immania, abortus, caeteraque mala, insequantur †. Colloquio jucundo, hilariorum joco, et caetu vario, ut placida servetur et tranquilla

* Cel. Van Swieten Comment. in Boerh. Aph. 1306.

† Pew Pratique des accouchmens.

tranquilla mens, oblectenda est idcirco, et reficienda quaecunque gravida; eidem nec non in plerisque, at equidem caute indulgendum: Quandocunque enim expectatur Lucina, quam mens sana et quieta nil magis foeminae prodest.

16. *Victus.*—Necnon, quia sub graviditate corporis omnia, ventriculus autem praecipue irritantur quam facillime, ut qualis sit non praetermittatur oportet valde; sumantur ideo digestu facilia, nec uno tempore affatim, sed, quamvis saepius, parce; ne, distenso nimis ventriculo, exoriatur nausea, capiatur cibus: Inter haec autem omnia, ad consuetudines, quae valuerint antea, respiciendum; non enim iis, quanquam exinde quaedam omnino non forsitan appetantur idonea, duriter aut aspere repugnandum; quanquam talia condimenta quoque, si iis antea fuerunt assuetae mulieres, et acre omnigenum, non nisi admodum caute permitti debent: Nec meraciora bibantur; nisi ut digeratur necessaria sunt quaedam incitamenta, at sedulo sub calidiore jove, qui potus aut lactis flos ex arte friget valde evitandus; scilicet, quia ex ejusmodi rerum usu, incommoda haud laevia saepe, imo abortus ipse provenere *.

17. *Vestitus.*—Praeterea, quia incertis valde consuetudinis paret statutis; et humanum corpus, praesertim vero muliebre, varie comprimens, varie nec leviter afficit, medico nequaquam curae non esse debet; aptentur idcirco corpori vestimenta, non iis corpus tortum

* Vide Manningham Art. Obstet. Compend. pag. 65.

tortum haud raro futurum inde aut anguſtatum, praecipue ob formae, ut opinantur, elegantiam, thoraci nexili, talia quidem omni geſtatione nociva ſunt, ſub initium, quia uterum in abdomine aſcendentem impediunt; hincque periculum ne abortet praegnans; idem vero magis adhuc multo, quando diutius geſtatum eſt, nempe, ne inter ambulandum aut equitandum, caſus, aut concuſſiones officiant, aut colliſiones in locis frequentibus, aut denuo animi affectus, terror et trepidatio.

SECTIO SECUNDA.

Inter geſtandum quid aut proficiat, aut aliter, ſanguinis detractio.

18. Quoniam, praecipue ex menſtruis ceſſantibus, graviditatem jam inchoaſſe cognoſcimus, omnia, quae incommodo graviditatem comitantur, hinc pendere in animum induxere quidam, et propterea venaeſectio, ut eximie utilis, large uſurpata eſt: Eandem vero haudquaquam neceſſariam eſſe clare videntur, quae obſervavit Dr Lobb, monſtraſſe; ille enim, ſubductis calculis *, magnam materiae molem, ſub geſtatione in matris corpore ex neceſſitate extitiſſe, rite colligens, ſanguinis gravidae quantitatem continue imminuendam

* Compend. of the Practice of Phyſic, pag. 89.

dam eſſe, proque plethora nocitura, exinanitionis periculum inſtare, nec foeminam in alia vitae conditione tantam ſanguinis poſtulare, putavit; huc vero adjice quod, graviditate inuente, pleriſque anorexia et nauſea tam moleſtae ſunt, quod cibus vix aſſumi poſſit; unde igitur plethorae origo?

19. Aliis vero, quibus otioſe degentibus, epulis frui lauteque vivere, aſſuetum fuit, plethoram menſibus primis non deeſſe vix diſputandum; venaeſectio propterea, abortus timore, forte non inutilis ſit: Aliis denuo, quae facile irritantur, quas ſubito ira ſolet accendere, quibus tunc temporis vaſa ſuperficiem pertingentia tument, rubent et quaſi rigent oris lineamenta, oculique ſuffunduntur, detractio ſanguinis poſtulatur, quanquam interea non vexet aliquis morbus acutus, cujus omnino auxilians eſt iſta operatio; rebus ſic ſe habentibus, omni graviditatis ſtadio, ita ut quantum ſat ſit, depleatur, non praetermittenda: Scopum, quod ad hoc, revera facilius attinges, ſi ſanguinem detrahas ſaepius, tempore autem quovis parce ab altero necnon aliquantulum diſtante: Quantum haec ratio proficit, quid ſcriptor * non rudis indicat videamus; inquit enim ille ‘ Vis corporis melius ex venis ‘ quam ex ipſa facie aeſtimatur.’

20. Antiqui, ut Hippocratis † et Galeni ‡ teſtantur ſcripta, a gravidis ſanguinem detrahi voce gravi reprobarunt:

* Celſus, lib. 2. cap. 10.

† Γυνὴ ἐνγαστρὶ ἐχουσα φλεβοτομηθεισα ἐκτιτρωσκει δὲ μαλλον ἐι μειζον ει ητο εμβρυον; Αφορ 31.

‡ Comment. in huncce aphoriſmum.

probarunt: Et equidem eundem uſum nuperiores aliquot non minus repudiaſſe videntur; ſicut a ſcriptis ſolertis cujuſdam auctoris *, cui propterea multa utilia ab eo prolata, quod ad modum, quo gravidae aut puerperae foeminae tractanda ſunt, ars medica valde obligatur, diſcere licet: Apud autem ejus argumenta hoc eſt, quod ſi ipſo initio adeſſet plethora eadem cito abiret quaedam res (ut revera iſtae non univerſae ſunt naturae) hoc manifeſtant: Celſus vero audax non ſine cautione, nec cujuſvis auctoritate praecellendus, limites quoſdam poſuit, atque de uſu aut abuſu ſanguinis detractionis jure noſtram attentionem vindicat; haec enim profatus eſt, ‘ Intereſt enim non quae aetas ſit, ‘ necquid in corpore intus geratur, ſed quae vires ‘ ſint.’ Summatim igitur naturae conatibus noſtros adjungere, ei vero nunquam obſiſtere maxime eligendum videtur: Quae huc ſpectantia celebris noſter profeſſor Hamilton edidit ex longa experientia profluxere. ‘ Although a raſh and indiſcriminate uſe of blood-letting is to be guarded againſt as a hazardous expedient, on the contrary, if prudently employed, it may often be the means of preventing abortion: It may be ſafely performed any time of geſtation, and repeated according to the urgency of ſymptoms; but ſmall bleedings are always to be preferred to copious evacuations, which, in every period of pregnancy, eſpecially in the early months, when ‘ the

* Cl. White on the management of pregnant and lying-in women, pag. 66.

'the hazard of miſcarriage is greateſt, ſhould be a-'voided *.'

21. Si parum, quae in haec prophylaxi memorata ſunt, profecere, nec eorum auxilio morbos effugit mulier, iſti, qualeſcunque ſint ordine quo oriuntur, tractandi: Incipiatur propterea ab iis, qui primis ſub menſibus, in viſceribus quibuſdam cum utero et iis quae ad uterum pertinent, jam quodammodo affectis phlogoſi conſentientibus prognaſcuntur.

CAPUT TERTIUM.

SECTIO PRIMA.

Claſſis I.—*De morbis, qui initia graviditatis moleſtant.*

22. SIGNA iſta morbida quae, poſtquam in utero conceptum eſt, ſe manifeſtare incipiant, quaeque raro diutius quam per quinque menſes exinde commorantur, ab auctoribus plerumque ſequenti ordine contingere dicuntur: Quanquam, ut fateor, hominum immenſa varietas vix aliquam univerſam normam ponere nobis permittit; plerumque tamen hic

 ordo,

* Outlines of Midwifery, p. 148.

ordo, haecque ſeries, quo incommoda iſta aut inter ſe conjunguntur, aut haec illa excipiunt, nempe,

1mo, Anorexia, nauſea, et vomitus.

2do, Cardialgia, et diarrhoea.

3tio, Mammae tumentes, dolentes, et tenſae.

4to, Deliquium, et hyſteria.

SECTIO SECUNDA.

Anorexia, nauſea, et vomitus.

23. Ab ipſo conceptu haud raro iſta mala, tam inſigniter gravidas infeſtantia, exoriuntur, et una cum eodem incipiunt: Tantum in quibuſdam valet nauſea, quod omne eſculentum reſpuitur; aliae vero, dum hunc aut illum cibum faſtidiunt, utcunque gratum antea, avidiſſime eos, quos non gravidae omnino neglexerant, nunc appetunt; hoc mane et poſt cibum contingit praecipue; nonnullis hujuſmodi affectio, quamdiu in utero geſtatur, adeſt; plerumque autem quarto menſe elapſo ceſſat; renovato deinceps ſolito appetitu, oriſque nitido colore, ubi pallor et ſqualor fuerant, floreſcente: Aliquando nauſea, quaſi maritima, immanis parumque haud raro medicinae auxilio levanda, inquietat. Tempora quibus ſigna illa recrudeſcunt, admodum ex corporum vario habitu pendent.

C A U S Æ.

24. A maris ſemine fermenteſcente, ſicque muliebre corpus male afficiente, apepſiam provenire poſſe, quidam auctor ingenioſus * aſſeverare non dubitavit; quandocunque enim, ſecundum illum, natura aliquid magni momenti molitur, ventriculus nunquam facile digeſtionem perficit, ſicut, e. g. cum nociva quaevis cauſa morbum illatura laborare incipit, uſque ad tempus quo, devicto veneno illo, iterum ſe reficit: Alii autem † incommoda iſta, ut chylus nimius minuatur, ſapienter inſtitui, nobis perſuadere conati ſunt; ſcilicet, quia, ut inquiunt illi, ejuſdem tanta quantitas in primis menſibus embryoni tenerrimo tunc moliſque admodum exiguae periculum eſt ne noceret: At conjecturis iis, utcunque plauſibiles videantur, abligatis, cauſae ſequentes origines agnoſcere videntur.

1mo, Uterus, quaeque partes ad eum pertinent, cum ventriculo conſentientes; taliſque conſenſus, propter uteri affectionem, cauſa praecipua, et ſaepiſſime obveniens habenda eſt.

2do, Acria, ſordes, aut ſaburra, primas obſidentia vias.

25. Quanquam, ut haec gignantur mala, non omnino neceſſaria videtur eſſe plethora; aliquid tamen hujuſmodi ſub initium revera in quibuſdam obtinere, vix dubitandum eſt ‡. Ex hac cauſa, etiamſi ſanguine large

* Johnſon, Syſtem of Midwifery.

† Aſtruc de Morbis Mulierum.

‡ Cl. Hamilton Praelect.

large saepe, temereque detracto, varia adferantur incommoda, ex eodem usu rite habito, multa et inter ea abortus evitetur.

MEDENDI RATIO.

26. Ut respiciantur causae remotae, hic maxime momenti est: Anorexia, nausea, et vomitu levibus, vix medicamentis opus; quia plerumque aegrae levamini erit paulo diutius solito mane lecto se continere: At vero, cum signa vehementius ingravescunt, sedulo iis obviam eundum, ne ex nausea et vomitu, diutius commorantibus, laedantur quae organa chylopoietica nuncupantur, adeo ut in primis viis saburra abundet: Quando saevior corripuerit morbus, conveniunt quae sequuntur medendi consilia.

1mo, Ut irritandi facilitas minuatur,

a Refrigerantibus,

b Sedantibus.

2do, Ut sordes ventriculum, et intestina molestantes ejiciantur,

a Emeticis,

b Catharticis,

c Absorbentibus.

3tio, Ut corpori suae vires reficiantur,

a Aëre puro, salubri, frigidulo,

b Victu lautiori, et nutriente,

c Exercitatione,

d Ex

d Ex chalybe paratis,
e Cortice Peruviano,
f Balneo frigido.

27. Refrigerantium quidem praecipua sunt acida omnigena, sales medii, et metallici: Inter haec maxime videntur utile esse acidum vegetabile, et alkali fixum ita adhibita, ut in ipso ventriculo effervescant.

28. Ad sedantia, si gravior est morbus, nosmet recipere oportet: Ex illis maxime pollet opium, solidum vel fluidum, ore assumptum; aut, hoc modo parum conveniente, ut enema injiciatur: At si, ut non raro accidit, opium ore sumendum, sub omni forma fastidiatur, hyoscyamum usurpari debere moniti sumus*: Celeberrimus quoque Professor Hope†, quem nuper defunctum desideramus, pulverem valerianae haud raro, quum etiam opium parum profecit, commoda praestitisse, experientia comperit.

II.—*Saburra et sordes nocivae summovendae.*

29. *Emeticis.*—Quoniam medicamenta vomitum cientia haud levia incommoda infligere multi totis viribus contendere, praecipue, si diutius graviditate incipiente, usurpata fuerint; ea commendare absonum forsitan videatur; at revera ea, quod ad hoc consilium perficiendum, si leniora sint, felicissimos effectus edidisse, experientia comprobatum est. Omnium huc spectantium

* Edwards dissertat. de Morbis Gravidarum.

† Praxis in Nosocom. Edinensi.

tantium ipecacoanha merito optima, et caeteris anteponeda habetur.

30. *Cathartica*—Vero, non nisi quae solummodo alvum liquent, usurpanda: Atque an plethora obviam ire, an sordes expellere velimus, juxta utilia sunt; maxime vero ex his utilia radix seu tinctura rhei, cremor tartari, sal. Glauberi, iterum iterumque, pro re nata, usquedum rite cieatur alvus, usurpata.

31. *Absorbentia*—Quandocunque aliquid acre tubo alimentario inesse suspicari licet, in usum vocantur, pulveres testacei, sicut creta praeparata, testae ostreorum, cancrorum chelae vel oculi; magnesia vero praecipue, salem medium genitura, indeque alvum solutura, utilia sint.

III.—*Ut corpori suae vires reficiantur.*

32. Corpori autem salubri aëre puro et frigidulo redintegrandae vires; tantum supra, nempe in prophylaxi de commodis aëris talis, quod ad gravidas, prolatum est, ut ne aliud hic adjiciendum *, quam, si in urbe degat mulier, in rus migret, et deinceps loca quam maxime salubria habitet; de victu necnon idoneo, et exercitatione, sat memoratum est †.

33. *Ex chalybe paratorum.*—Praestantissima et tutissima videntur esse sal martis, et rubigo chalybis; quae vel cum pulvere diaromaton Pharm. Paup. conjuncta, vel

* Vide pag. 11. hujus dissertationis.

† ———— ib. et seq.

vel ſub forma tinct. martis adminiſtrari poſſunt: Quantum ut tonicum medicamentum pollet ferrum, nunc adeo innotuit, quod plura de eo differere ſupervacaneum eſſet.

34. *Corticis Peruviani.*—Nobilis iſtius medicamenti fauſtae feliceſque effectus, quod ad corporis vigorem renovandum, nemo hodie ignorat; quidam revera olim ejuſdem calumniabantur uſum, incuſantes quantitatem ingentem ſumendam, antequam, ut tonicum, corpus afficiebat: Nuper autem cortex ruber, ab inſula Sanctae Fe * ad nos tranſvectus, dotibus ſuis eximiis hanc inſimulationem prorſus refellit.

35. *Ex balnei frigidi*—Remediis ſupra memoratis adjuncti, affectibus, plethoram graviditatis incipientis non eſſe, quidam † argumentum deſumpſerunt; noſtrum quidem non hoc; at quae ſecunda ab ejus uſu, aquarum cum quibus ferrum commiſcetur, corticis Peruviani et exercitationis profluxerunt quantum habendum eſt, ſat monſtrarunt.

SECTIO TERTIA.

Cardialgia et diarrhoea.

36. Iſtae quidem affectiones haud raro graviditatis initia comitantur, et inſigniter moleſtae ſunt: A ventriculo,

* Vide Skeete on red and quilled bark.

† ——White on the Management of lying-in women.

triculo, exquisite ipso sentiente organo, nuncque praeter solitum, propter consensum qui inter eum uterumque obtinet, facile irritandum oriuntur: Earundem quoque posterior, ut causam suam agnoscere videtur, irritandi facilitatem, simili consensu in tubum alimentarium ab utero delatam: Doctissimus noster Professor Cullen mentionem fecit morborum quorundam, vel ab his partibus et intestinis inter se consentientibus, vel ex nexu inter intestina caeteraque corporis intercedente, auctam in iis actionem inducentium *.

RATIO MEDENDI.

37. Quod ad has affectiones sublevandas, sequentes rationes sese nobis obviam ferunt: Prior vero haec duo generalia postulare videtur consilia.

1mo, Ut proclivitati ad acorem gignendum occurramus.

2do Ut ventriculo tonum suum restituamus.

Haec vero consilia posteriorem respiciunt,

1mo, Ut intestinorum irritandi facilitatem tollamus;

2do, Ut intestina illaesa a quovis acri servemus.

3tio, Ut iisdem tonum reddamus.

38. 1mo, Acori vero gignendo optime absorbentibus obsistitur, quae quidem in (31.) omnia, nisi ob diarrhoeam magnesia excipiatur, usurpare licet; an cum aquá

* Vide first lines of the practice of Physic, tom. iv. pag. 26.

aqua calcis, an, quando aegrae facilius cuivis irritanti parent, cum opio commiſceantur.

39. 2do, Eadem remedia ac quae in pag. 20 et ſequente recenſentur, ventriculo ſolitum ſuum vigorem conciliabunt.

Ut inteſtinorum irritandi facilitatem tollamus.

40. Inteſtinorum vero facilitas irritandi opio praecipue ſublevabitur: Eximiae quidem adverſus talia incommoda illius dotes, maximumque auxilium; at hic, propter elegantiam ejus, liceat mihi ſententiam illuſtriſſimi Cullen citare: 'It is only by taking off irritability that opiates are uſeful in diarrhoea; and, therefore, when the diſeaſe depends upon an increaſed irritability alone, or when, though proceeding from irritation, that irritation is corrected or exhauſted, opiates are the moſt uſeful and certain remedy: And, though opiates are not ſuited to remove an irritation applied, they are often of great benefit in ſuſpending the effects of that irritation, whenever they are violent *.' Ut hoc medicamentum potius liquidum quam ſolidum adhibeatur, monuit celeberrimus Home †.

41. Ut illaeſa inteſtina a quovis acri ſervemus,

Duo medicamentorum genera proficient; abſorbentia nempe, ut ſupra ‡, adjecto aut opio aut calcis aqua; vel potionibus ſpiſſantibus, ſicut oryzae decocto,

* Vide firſt lines of the Practice of Phyſic, tom. iv.

† —— Principia Medicinae, pag. 157.

‡ —— Pag. 24. hujus Diſſertationis.

to, vel clyſmatibus emollientibus ex plantis, amylo, aut oleo confectis, acrimonia obtundatur.

Ut inteſtinis ſuus vigor concilietur,

42. Praeſtant cortex Peruvianus, quae ex ferro parantur, thea chamaemeli, ſaepius aſſumpta; haec enim mirum in modum putredini obſtant *.

SECTIO QUARTA.

Mammae tumentes, dolentes, et tenſae.

43. Sub provectiori graviditate nonnunquam mammae tument, dolent, tenſaeque fiunt; etenim quando mulieres prava conſuetudine abductae, et formae conſulentes, veſtimentis arctis ſe induunt, talia incommoda ſaepe in mammis oboriuntur; quae quidem, ſecundum quoſdam auctores † ingenioſos, a ſanguine eo propter ſuppreſſa menſtrua propulſo originem ducant, quamvis in veſtitu nil culpae fuerit; ſcilicet, quia arteriae mammarum et epigaſtricae, hae in illas mutuo hiant, quodcunque in utero, aiunt iſti, abnorme ſit, cito in mammis ſentietur: Illuſtris autem Profeſſor Monro ‡ hanc opinionem ſat refelliſſe videtur; iſta enim vaſa non niſi ad extremos eorum ramulos jungi contendit;

* Vide Principia Medicinae ut ſupra.

† Boerhaave, Whytt, aliique.

‡ In ſuis excell. praelect. de re anatomica.

contendit; et quod ſequentia contingerent, ſi inde penderet affectio haec; viz. epigaſtrica arteria interciſa prorſus obſiſteretur, ne lac mammis afflueret: 2do, Arteria femorali compreſſa, lac reſtitueretur: 3tio, Muſculo recto preſſo ejuſdem nimiam copiam cohiberi neceſſe eſſet: Horum vero, quoniam ne ullum experientia comprobavit, opinionem ille reſpuit; et aſſeverat, quod quando ante partum ſecretio ceſſat, mammae, citius quam aliqua alia glandula, afficiuntur, ſimili more ac exhalationi per cutem repreſſae vicario organo ſunt renes.

MEDENDI RATIO.

44. Haec ſigna levia plerumque exiſtentia, vix unquam eo aſſurgent, ut medici auxilium poſtulent; ſed, niſi diu arcta conſtrinxerunt veſtimenta, circa mediam graviditatem evaneſcere ſolent; ſi vero aliter ſe res habeant, quae leniter alvum ſolvunt uſurpanda; fomenta calida applicanda; mammae oleo aut unguento ſimplici inungendae, et panno laneo obtegendae; aut, ſi in plethoricis aliquid inflammationis ſe oſtendat, antiphlogiſtica uſurpanda, vel etiam mittendus ſanguis.

SEC.

SECTIO QUINTA.

Deliquium et hysteria.

45. Quandocunque istis malis fortuiti casus, terror, et animi affectus ortum praebuere, haud raro insequitur abortus; si vero juxta tempus, quo *vivus* sentitur infans, contingant, ad uterum, extra pelvis limites se ampliantem, et ulterius ascendentem, ea adscribi debere verisimile est; at quidem ex causa hac levia proveniunt, non diu commorantur, nec periculum adferunt: Huic graviditatis stadio praecipue adjungitur tristitia, animique depressio; quia, utero facile nunc irritato, nervi ubique simili modo se habent; hinc, et corpore et animo in eandem conditionem tractis, ex rebus quam minimis oriuntur turbae.

CAUSÆ.

Deliquium recta induci solet,

1mo, Iis, quae nauseam et vomitum cient.

2do, Vestimentis arctis, nimisque constringentibus.

Hysteria autem,

1mo, Iis, quae animum valde arripiunt, ut ira, gaudio, &c.

2do, Stimulo peculiari, quem distensio impertit; aorta descendente, a quovis viscere (sicut nunc ab utero) compressa.

DIAG-

DIAGNOSIS.

46. Ut hyſteria quantum ab epilepſia, iſto vehementi morbo, diſcrepat, hic notetur, non ſupervacaneum: Diſcrimen autem vix latebit, ſi animum advertamus ad ſenſum globi hyſterici ſe in abdomine volventis, et ad agitationes ſub hac tam maxime variatas; adhoc necnon quod vehementer plangitur, pectore iterum iterumque pugnis percuſſo; ad urinam largam, et limpidam, atque ad ſuffocationem.

MEDENDI RATIO.

47. Hic, ut cauſis, quamdiu diliquium inducens, earum actio reſtat, adverſemur oportet; ut necnon veſtes, quantum res ſinunt, laxae ſint: Aromaticis jucundis, deliquium, ſi a primarum quavis cauſarum oriatur, optime ſummovetur; horum praecipuum eſt cinnamomum; magiſque adhuc illius pulvis vino immixtus, aut ejuſdem tinctura; caeterae enim potiones hinc paratae *, quamvis cinnamomo fragrent, non aeque vires reficiunt, aut vigorem organo cuilibet impertiuntur. Cortex aurantiorum quoque et citrinorum refocillant, et appetitum cibi languentem adjuvant; uvae Corinthiacae gelatae, et cydonites, aut quod ejuſmodi ex ſpina acida conficitur, variis, ut aromatica varie

* Vide Van Swieten.

rie jucunda ſunt: Si aliquid ulterius poſtulatur, debilitati occurrere tentandum eſt (26.) etiamque ſyſtematis mobilitati; hocque molientes eodem ſpectamus, ac cum hyſteriae acceſſioni obſtare conamur; conveniunt ideo varia antiſpaſmodica, ut opium, aether vitriolicum, caſtor, moſchus, ſuccinum; eorum necnon tincturae; at hae parce ſunt adminiſtrandae, quia emmenagoga ſunt: Deinceps ut roboratur corpus (26.) conſulendum.

48. Enumeratis nunc malis, quae graviditati inchoanti, et ad medium ejus ſtadium progredienti, adeſſe ſolent, reſtat ut incommoda quaecunque ſub ea obveniant, varie ſicut res varientur, curanda eſſe adnotemus; praeſertim quia (ſicut celeber noſter Profeſſor Hamilton, qui in obſtetricis quodcunque tetigit ornavit, monuit quod) quando, nervis exquiſite ſentientibus, delicatula eſt gravida, ſanguis nequaquam nec ullo modo detrahendus: Convenit hic cibi nutrientis aſſumptum ſaepius pauxillum, cardiaca, aër purus, colloquia jucunda, fabulaeque, exercitatio non moleſta; haec et alia, quaecunque ſint, pro re nata, varianda: Denique, ne nimis ſentiat aut facile irritetur gravida, et ut ſecunda revocetur valetudo, labor impendendus.

CAPUT

CAPUT QUARTUM.

SECTIO PRIMA.

Classis II.—*Provectioris graviditatis morbi.*

49. ISTI quidem morbi ex situ gravidi uteri mutato plerumque pendent, aut oriuntur; quia nunc mole ampliatus, idem vicina comprimit viscera: Multo plus doloris ii adferunt quam priores; hincque non solum valde incommodi, sed periculosi sunt. Mala quae graviditatem incipientem molestam reddere solent, vix aliquid unquam praeter abortum minitantur; at iis, quae provectiorem, saepe ipsa succumbit mulier, una cum ejus infante: Et haec quidem sequenti ordine plerumque oriuntur, nempe,

1mo, Dysuria, ischuria, et alvus adstricta.

2do, Uteri retroversio.

3tio, Haemorrhoides, affectiones hydropicae, et varicosae.

4to, Dorsi, et lumborum dolores, colica, spasmi.

5to, Tussis, dyspnoea, vomitus.

6to, Accessiones comitiales.

7mo, Sanguinis ex utero profluvium.

8vo, Abortus.

SECTIO SECUNDA.

Dyſuria, iſchuria, et adſtricta alvus.

50. Urinae quidem organa, et inteſtina haud levi incommodo afficientes, plerumque incipiunt, et poſtrema, praeſertim una cum uteri aucta mole, progreditur; priores circa tertium menſem fere incipiunt, et deinceps majores aut minores perſtantes, cum quinto deſinunt.

CAUSÆ.

51. Gravidae, quia veſicae uterus tam vicinus eſt, ea mala ſubeunt; etenim, utero multum ampliato, veſica non amplius rite expanditur; cervix ejus comprimitur, nec ſolitam directionem ſervat; ſed, quod ad corpus veſicae, inclinatur, et hinc urina ſiſtitur. Incipienti quoque graviditati, quando pelvis cavum jam complevit uterus, nec hactenus pubem ſupra ſe protruſit ejus fundus, idem incommodum nonnunquam adeſt; ſaepius autem moleſtat, quando uteri cervix in vaginam deſcendit, at praecipue eas, quibus antea uterus prolapſus eſt, et vagina oppleta. In tabulas relatum fuit *, quod aliquando catheter inſeri non poſſit, et quod, utero in ſitum ſuum redacto, urina ſolito nixu pro-

* Levrett ſur les Polypes.

profluceret: Audivimus insuper tumores, vesica urina repleta, et utero compressa, in inguinibus, et perinaeo exortos esset *: Si quando graviditate inchoante, urinae pauxillum, utero intra pelvin manente, non redditur, stimulo est; et ni ejiciatur, quum jam ea distenditur vesica, ischuria forte aboriatur: Utero magis ampliato, tubum alimentarium aliquid pati, et, ut magis eo repletur abdomen, magis comprimi insequetur; ast in tenuioribus intestinis, quia quodcunque continet magis quam in crassioribus liquidum est, ingestis facilior transitus; et, quoniam in tenuibus praecipue absorbetur, alimenta, antequam crassiora pertingant, duriora fuerint facta, necesse erit; atque ad hanc causam adscribenda illa, in graviditate provectiori, pertinax alvi adstrictio, quae vix unquam abest; quaeque, nisi summoveatur, non solum, quia valde obstruit, gravidae incommodi, sed periculi multum adferat †: At eadem, revera ventriculi peculiarem conditionem, et ardorem sicut febris nunc invalescentem, ut causas agnoscat forsitan.

RATIO MEDENDI.

52. Vix unquam, si ad ea attendatur rite, quae sub graviditate urinae organis officiant, multum laedent; sed non omnino summovenda, donec uterus marginem

E pelvis

* Acta Chirurg. Paris.

† Vide Van Swieten Comment. in Boerh. Aph. 1301.

pelvis superavit, et offibus ilei suffulcitur: Mulieri in hac conditione debet esse curae, quoties micturitur, urinam reddere, ne sit incerta alvus; si quando dolor urget, aut molestia, recumbet illa; fatigatio et loca frequentia evitentur; crebro corporis situs mutetur; manibus quoque, quandocunque meiunt, ventrem sublevent oportet gravidae, aut ligamento caveant *, ne vesica comprimatur; vel forte ut micturis acclinetur corpus sat sit; quia hoc modo abdominis viscerum pondus magis anteriora, minusque uteri fundum premet: Deficientibus vero his omnibus, ad fomenta regioni vesicae admota, et cathetera confugiendum.

53. Idoneo regimine saepe, ne molestet adstricta alvus, sat cavere possumus; aut, si adsit talis affectio, ei occurratur. In usu sint propterea quae laxantia maxime conveniant; inter quorum praecipua habeamus fructus maturos, magnesiam, eclygmata lenientia, tartari chrystallos, ex sulphure parata, et oleum ricini: Quoniam vero saepe alvum dejicere graviditati non conveniat, clysmata emollientia, et lubricantia, in eorum locum sufficere, vult quidam solers scriptor †. usurpatis antea pessis, quae rectum intestinum stimulent, et colon praeterea ad contractionem cieant.

SEC-

* Vide Mauriçeau traité des maladies femmes grosses.

† Van Swieten comment.

SECTIO TERTIA.

Uteri retroversio.

54. Uterus retrorsum vertitur saepe, nec sine periculo insigni, quando, quod urina non amplius profluit, idonea cura non animadversum est: Magna attentione dignum hoc, in ossis sacri cavum devexo uteri fundo, et tincae ore supra pubem elato *: Hinc tumor aliquando tantum externus, quod etiam tactu percipi possit; et hinc inter rectum et vesicam uteri corpus arcte, nec facile dimovendum fit impactum: Uteri ipsius necnon mole multum aucta, et faecibus atque urina praeter modum accumulatis (etenim ipsa urina nonnunquam usque ad 18 libras congeritur) in situm suum redigere uterum saepe medicos non penes; dehinc (si res sic se ferant) penitus urina sistitur; nec raro inde vesica rumpitur; febris quoque, inflammatio, et gangraena uterum corripientes, insecutae haud raro sunt, et eas excipit aut delirium, aut forte nervorum contractiones, aut etiam mors ipsa.

55. De *eventu* quomodo augurandum est, maxime indicat vesicae ipsius et intestini recti conditio †; vix etenim, si ista deplere possumus, aliquid timendum; si

* Clar. Hamilton Praelectiones.

† Cel. Young et Hamilton.

ſi vero non, omnino aliter: De hac quidem re quodammodo fuit diſceptatum *, abortato enim (auctore cel. Young †) infante, aliquando non periit mater; multa autem exempla, prorſus (quod ad eventum) contraria, auctores memorarunt.

MEDENDI CONSILIA.

Quae quidem non obſcura ſunt; hic enim indicatur,

1mo, Ut quodcunque utero in ſuum locum reſtituendo obſiſtit, amoveatur.

2do, Ut ipſi utero ſitus ſuus recuperetur.

3tio, Ut quae ab eodem retrorſum verſo proveniant mala tollantur.

56. 1mo, Rectum et veſica faecibus et urina diſtendentibus, partes necnon inflammatae et tumentes, utero praecipue in ſuum locum redigendo obſtant: Impedimentum primum, iteratis injectionibus, (53.) et ſecundum ſicut in (52.) memoratur, ſummovendum: Sanguinis miſſione, fomentis, ſemicupio, alvo laxata, quiete et recumbendo, inflammationi et tumori obviam eundum.

57. 2do, Quando uterus in locum ſuum redigendus, in genua et cubitos reclinet mulier, capite in pulvinar demiſſo; operationem adjuvabit unus aut alter digitus

* Illuſtr. Hunter.

† Praelect. Academicae.

digitus in rectum insertus; ut a pube retrahatur os tincae, sit vis admota aequabilis et regularis; primo levis, deinceps, et caute, auctior, donec quod optamus absolvitur; postea conamur,

58. 3tio, Mala quae ab utero retroverso provenerint tollere: Hicque aegrum lecta affigi convenit; sedulo quoque usquedum supra pelvis marginem ascendit (tunc enim non amplius periculum) uterus ne rectum et vesica distendatur, praecavendum est: Quando sub pertinaciori morbo, nec urina subduci, nec uterus in locum suum restitui potest, vesicam juxta pubem fodicare *; aut si hoc parum proficiat, instrumento *trocar* dicto in uterum impulso, abortum inducere †; vel denique, incisu ejus symphysi, pelvin ampliare ‡ propositum est: Noster autem celeberrimus Professor Hamilton ||, priora duo ista proposita nil polliceri, sed horrorem injicere; tertium et matri, et suae proli vitae servandae, aliquid spei afferre adnotavit: At ei quidem objiciatur, quod tali incisione pelvis secundum ejus diametron transversam non conjugatam ampliatur.

SEC-

* Lynn. Med. Observat. and Inquiries, Vol. IV.

† Hunter eodem loco.

‡ Sigault.

|| Outlines of Midwifery.

SECTIO QUARTA.

Hemorrhoides, affectiones hydropicae et varicosae.

59. Quod ad haemorrhoides, hydropicas et varicosas affectiones; plerumque inter gestandum haemorrhoides tumentes sunt; extra spincterem ani protusae, ut varias conspiciuntur, et dolorem pulsantem, caloris sensum et febrem (secundum quosdam *) secum adferunt; nil vero febris adesse iis, asseverant alii †: Ægra ex his irrequieta, et nonnunquam crebris et largis sanguinis profluviis obnoxia est; etiamsi aliquando praegressis ne ullis indiciis, inter parturiendum, recto intestino compresso, tantum tumoris ab iisdem exoritur, quod rupturae periculum non abest; adeo necnon hinc dolores qui partui adsunt exasperantur, quod mulier prae timore non rite enititur.

60. Hydropicae et varicosae affectiones plerumque, cum jam fere per septem menses gravida fuit mulier, nascuntur: Molestia insigni, et magno incommodo, nequaquam vacant; at non valde timenda sunt, quamvis pudendi labia admodum oedemate afficiantur, et quid partum insecuturum est ambigatur: Auctor enim haud obscuri nominis ‡ certiores nos fecit, se nunquam

* Vide Storck Annum Medicum.

† —— De Haën Rationem Medendi.

‡ —— La Motte Traité des Accouchemens.

nunquam illas aut inter geſtandum, aut parturiendum infligere mortem obſervaſſe, niſi ſanguinis magna profluvia accederent, nervorum contractiones, aut alia inſolita.

CAUSÆ.

61. Ab utero, haemorrhoidales, iliacas, hypogaſtricas, aliaſque venas comprimente, et ſanguine ab iſtis partibus propterea tardius revecto, hae affectiones plerumque oriuntur.

2do, Cauſae iiſdem ſit quoque adſtricta alvus.

3tio, Victus plethoram inducendo lautior.

4to, Vel denique aliquid magna quantitate ſanguinem in vicinas partes propellens, ut quando ad rectum catharticis potentibus, aliiſque hujuſmodi, ſanguis magna quantitate demittitur.

RATIO MEDENDI.

62. Quia in graviditate provectiore, a cauſa fixa ſaepe iſta incommoda proveniunt, niſi, alvo laxata, mitiora reddantur, nil reſtat, ut balſamo capaibae ore aſſumpto; ſanguine detracto, qua ratione res poſtulent, vel ut totius corporis plethora, vel cujuſvis partis inflammmatio ſublevetur, fomentis cataplaſmatis ex plumbo et emollientibus, ut, pro re nata, aut tumor

pro-

profligetur, aut ad fuppurationem alliciatur; alia quoque partibus admovenda funt, oleum palmae cum pulvere gallarum, unguentum fimplex cum laudano liquido; aut lacte addito, decocti communis vapores foveant: Si vero tumores ulterius augentur et partum impediendum minitantur, hirudines aut fcalpellum in ufu fint, non autem nifi fupra recenfita talem ufum prorfus neceffarium reddiderint: Vix unquam tumores oedematofi eo progrediuntur, ut fodicari poftulant, cito enim poft partum fere fubfidunt; fi ut incommoda leniantur neceffarium, ad aegrae conditionem ratio habenda; conveniunt enim, fi plethorica fit, fanguinis parvae detractiones; fi debilior, cardiaca caute ufurpata, ut et fanguis circumeuns acceleretur, et abforptio promoveatur: Exercitatio autem femper cis defatigationem idonea eft.

63. Varices, fiquando magnae fiunt, et dolent, ut fummoveantur, exinanitiones parcae erunt utiles: Si partes laxatae fuerint, iis aftringentia et ftyptica admoveantur, et eadem ligamento in fuo loco contineantur: Ex hujufmodi autem exiliis maxime efficax eft ligamentum in fpiram convolutum, quia aequabili modo furfum omnia comprimit; aut denique tibialia arcte ligata.

SECTIO QUINTA.

Dorſi et lumborum dolores, colica, ſpaſmi.

64. Eas praecipue, quae non antea fuerunt gravidae, adoriuntur; et forte quidem abortui cauſae ſint: Ex utero, mole ejus jam aucta, vicinas partes, iſtiſque deinceps tranſverſum ſeptum comprimentibus, oriuntur; ſcilicet, quia exinde tendines, a ſepto tranſverſo ad lumbos ſe porrigentes, atque et rotunda uteri et lata ligamenta diſtenduntur: Crura et femora plerumque, nonnunquam vero ventrem ſpaſmi arripiunt, noctuque ſaeviores ſunt; iis origini ſunt auctus uterus nervos magnos, dum ad inferiora extrema deſcendunt, comprimens, atque rotunda uteri ligamenta extenſa. Si quando dolores iſti, et ſpaſmi colicae ſigna inducant, ſi quae aegra aut plethorae, aut, quantum dignoſcere poſſumus, inflammationi gignenda opportuna ſit, ſi in provecta graviditate valde comprimatur, vel ſi geminata fuerit conceptio, admodum timenda, quia inflammatio uterum, et viſcera adjacentia corripiens, aut acceſſiones comitiales, vix niſi in lethum abiturae, forte inſequantur. Medela hic regimen antiphlogiſticum, et ſanguinis iterata detractio, ut a quibus praecipuum expectandum eſt auxilium, conveniunt: Ea vero mala, quae alvum liquant, victus tenuior leviora reddunt, aut ex opio parata ſubinde uſurpata, ſopiunt. Spaſmis quando immanes exagitant, ſanguinis

nis pauxillo miſſo frigus, ſituſque corporis mutatus (ſicùt poſtquam decubitum fuit ambulatur) alicujus ſpatii levamen adferre, et quae ex opio parantur irritationi cuivis occurrere ſolent.

SECTIO QUINTA.

Tuſſis, dyſpnoea, vomitus.

65. Ex utero, graviditate provectiori, ampliato, et abdominis viſcera fluctuantia, ventriculum vero praecipue comprimente, originem ſuam ducunt: Quia enim, ſepti tranſverſi deſcenſu impedito, anguſtetur thorax neceſſe eſt, priores duae affectiones, tuſſis vero praecipue, irritatione hinc inducta, oboriuntur.

QUOMODO LEVANDAE.

66. Sublevandae ſunt eaedem exiguis ſanguinis detractionibus, alvum leniter dejicientibus, ex opio paratis, victu tenui et cibo concoctu facili: In lecto necnon, quantum fieri poteſt, erecta ſit foemina, nec deſint aurae cubiculum perflantes.

SECTIO SEXTA.

Acceſſiones comitiales,

67. Quando gravidas corripiunt, admodum metuendae ſunt; eas enim peſſima inſequi ſolent: Quaecunque tenera aetate nervorum diſtenſionibus laborarunt, hujuſmodi malis maxime ſunt, cum in utero geſtant, obnoxiae: Quae non antea fuerunt gravidae, iiſdem magis infeſtari ſolent; vel quando inſolita magnitudine eſt foetus, vel dupliciter aut tripliciter conceptum eſt, ingruunt; etenim, rebus ſic ſe habentibus, uteri fibrae tantum diſtenduntur, quod nonnunquam etiam cedunt, et dilacerantur: Acceſſiones iſtae capitis dolore immani, cruciatu ingenti, oppreſſionis ſenſu circa praecordia fere praegreſſis, at interdum, nullo ſigno eorum adventu augurando, adoriuntur: Ab iis quidem in ultimis graviditatis menſibus vix aliquae immunis *.

CAUSÆ

68. Sunt, 1mo, Irritatio, qua infans ſe ex quovis pravo ſitu liberare conans cerebrum agitat, nec ceſſare poſtea ſinit.

2do,

* Cel. Hamilton Praelect. de re Obſtetrica.

2do, Exinanitionis illa conditio, quam sanguinis magna profluvia, aliaque hujusmodi debilitantia, inducere solent.

3tio, Vis externa utero illata.

4to, Mentis affectus: Nec forte desint, etiam iis quae non gravidae sunt, alia quae fortuito incidentia, epilepsiam in non gravidis inducunt.

69. Si diagnosin statuere velimus, prospiciendum est imprimis, quo modo inter hysteriam, huncque morbum multo magis pertinacem et formidandum, discernatur: Hystericae quidem accessiones, hujus multo mitiores sunt; sub iis non spumatur; situ corporis non variantur, et iis pulsus arteriarum minor, debilior, et magis creber est; easdem nil magni detrimenti sequitur; et ipsae medendi hysteriae rationi solitae cedunt: In hanc insuper mulieres robustae et vigentes incidere solent, dum illi tenerae et facile irritandae sunt opportunae *. Subito necnon comitiales accessiones incidunt, aut, si praemoneatur, id plerumque sicut in (67.) memoratur, contigit; adde huc, quod in epilepsia non tantum variantur, et magis uniusmodi sunt motus † ex nervorum distensionibus pendentes; et quod, quae in (46.) memorata sunt, huic distinctioni auxiliabuntur.

70. Prognosis quantum periculi epilepsia intendat, quamdiu ejus accessio commoratur, et quoties redintegratur, indicabunt; nec praetermittenda quamdiu gravida

* Cl. Hamilton Outlines of Midwifery, pag. 167.

† Cel. Cullen Praelect. de Hysteria.

gravida fuit quaevis; qui corporis habitus; aut quomodo, vires remittente morbo, ſe habeat; acceſſiones enim quas exinanitiones, magna ſanguinis profluvia externa vis illata, aut uterus laceratus, inducere ſolent, fere ſemper in lethum deſinunt: Ex iiſdem quoque in ultimis majus quam in primis menſibus periculum.

QUOMODO SUBLEVANDÆ.

71. Quia comitiales acceſſiones (noſtrum nunc negotium) ex conſenſu quodam ortum ducunt, iſtae, ſicut alii graviditatis provectioris morbi, non penitus tolli, ſed quodammodo ſublevari poſſunt: Hucque tria praecipue conferre videntur; nempe ut perpendatur.

1mo, Quantum progreſſa fuerit graviditas.

2do, Qui ſit gravidae habitus corporis.

3tio, Quae cauſa remota.

Statutis iis, medendi conſilia proponere licebit, atque deinceps remedia ſint ea, quae vel,

1mo, Acceſſione decedente,

a Plethorae obſiſtant; aut

b Irritationi, vel

2do, Acceſſionem ipſam ita curare, ut

a Ipſe morbus tollatur.

72. Quod ad plethoram ſummovendam, epilepſiae ab aliis cauſis, quam quae in (68.) memorantur, oriundae, medendi rationem ſpectare oportet: Perpendantur

dantur ideo ſemper, quae iis adſunt; at non ex memoria elabantur quae, in (70.) recenſentur, nempe ut quodcunque, in circum agendo ſanguine fuerit, propter cauſas jam recenſitas, et plethoram gignentes, abnorme tollatur. Huic conſilio praecipue reſpondent ſanguinis non parca (quia hinc os tincae multum laxari ſolet *) detractio, alvus ſoluta, et refrigerantia; ſi vero, his praemiſſis, nauſea nunquam ceſſet, ut emeticum lene, at vero caute, uſurpandum, forte idoneum ſit †.

73. Ut irritatio obſiſtatur, varia pro corporis habitu poſtulantur; quando enim facile irritatur, aut ſpaſmi laceſſere ſolent, ad demulcentia clyſmata noſmet, fomenta calida, et balneum tepens, recipere oportet; adjiciantur quoque ex opio parata; aut, ſi haec in ventriculum injecta parum conveniant, in anum injiciantur; caſtoreus quoque et moſchus inter hujuſmodi auxilia praeſtantiſſima memorare licet.

74. Quod ad acceſſionem ita tractandam, ut ipſe penitus fugetur morbus; quamdiu ſentiendi facultas laborat, et veternus adeſt, ad iſta quae alvum ſubducentia ſtimulant, in rectum injecta confugiendum, epiſpaſticis et rubefacientibus inferioribus extremis interea admotis; nec nullius momenti, ſi ſaevior ſit morbus, ſemicupium, ſaepe et diutius uſurpatum, ut tincae os dilatetur.

75. Uri-

* Cl. Hamilton Praelect.

† ———— Outlines of Midwifery.

75. Urina, ſi quando in veſica congeratur valde, inſtrumento cathetere dicto educenda: Si vero urethrae os internum calculus forſitan obſideat, idem retro pellendus, ſi magis externus, extrahendus: Mors autem plerumque hunc morbum, utero lacerato inductum, fere confeſtim ſequitur.

SECTIO SEPTIMA.

Sanguinis ex utero profluvia.

76. Haud raro ipſum abortum praegrediuntur, propter erectum ſitum, qualis inter ambulandum, et menſtrua *, humano praecipue generi moleſta, oriri videntur incommoda haecce: Graviditatis forſitan cuilibet ſtadio iſta ſe adjungant; at in magis provecta graviditate, non ſolum ne infans, ſed ipſa quoque mater, pereat, timendum eſt, ſi profluvia ſint largiora, crebriuſve obveniant; variare ſolent enim et quantitate et tempore, per quod perſtant, et leviſſimis cauſis fere omni ſtadio proritari ſolent; at quidem ſaepius, incipiente graviditate, inter primum et quartum menſem contingunt; provectiori inter quintum ſeptimumque †.

CAU-

* Illuſtr. Van Swieten comment.

† Outlines of Midwifery.

CAUSÆ REMOTÆ.

77. Variae hae, at forte ſequenti modo in ordinem digeri poſſunt; viz. in eas quae,

1mo, Ubique corporis ſanguini circumacto vim auctam, majoremque velocitatem impertiuntur:

2do, Quae in ipſo utero, eique adnexis partibus, idem praeſtant:

3tio, Partium quarundam ſolarum affectiones:

4to, Debilitas:

78. 1mo, A cibo ſtimulanti, aut non facile concoquendo; liquoribus meracioribus, ardentibus, aut utcunque fermentatis; morbis acutis; animi affectibus excitantibus; niſu vehementi, an tuſſi, vomitu, ſternutatione, ſingultu, exercitatione quacunque corporis inter ſaltandum, equum regendum, &c. ingenti; medicamentis acribus, ut quae alvum vehementer, urinam, menſtrua, aut vomitum cient; venere immodica, ſimilibuſque, ſanguis vim auctam majoremque velocitatem accipiat.

79. 2do, In utero et partibus ei adnexis, diſtenſione nimia, foetu valde ſe movente, aut inſolita magnitudine exiſtente, idem inducatur; ut et, ſi pravus ejus ſitus vel geminis aut pluribus gravatus uterus, a ſpaſmo denique, inflammatione, ſchirro, polypo, et ejuſmodi compluribus, talis oriatur conditio.

80. 3tio, Laborant vero partes et affectio dicitur localis, quando brevius, aut deforme corpus, aliquid diſrumpitur, umbilicalis chorda in nodum colligitur; uterus

uterus laceratur, calculi urinae exitum impediunt, faeces induratae diutius morantur, placentae ſitus, pondus, aut conditio morbida, arcte circumdata fuere veſtimenta, aut affixere vulnera.

81. 4to, Debilitas vero et laxitas, quae ad uterum pertinent, aeque ac corpus univerſum, timore, moeſtitia, et animo demiſſo, deprimentibus nempe affectionibus, exinanitionibus nimiis (an in inteſtinis, cute, aut vagina, oriatur hujuſmodi aliquid) inferri poſſunt.

Variae iſtae cauſae diutius aliterve manentes, et ſaepius rariuſve contingentes, originem praebent.

CAUSÆ PROXIMÆ.

82. Quae nil aliud eſt praeter caducae membranae aut placentae pars, ab uteri interni ſuperficie ſeparata, et quaecunque eas hoc modo ſeparari faciant, ut remotas cauſas habere licet.

DIAGNOSIS.

83. Uteri ore patulo haec profluvia ab ipſis menſtruis dignoſcere licet plerumque; adde huc, quod ſanguis in iis largius et rapidius profluit; quod magis deficiunt vires, quodque magis doletur, dum ſanguinis ſpeciem inſolitam exhibet, circa lumbos atque ventrem angitur, et flacceſcunt mammae.

PROGNOSIS.

84. Hodie prorſus ſtatutum videtur, quod, quo propior, profluviis iſtis contingentibus, partus, eo periculum majus; et hoc quidem majus adhuc, quo ſaepius iſta oboriuntur, quo largius effunditur ſanguis; quocirca lumbos, et ventrem magis doletur; et quo magis ſubito flacceſcunt mammae: Quanquam revera ſubinde, jam nova graviditate, incommoda haecce moleſtant, nec tamen impeditur, quo minus per ſolitum debitumque temporis ſpátium geſtetur.

MEDENDI RATIO.

85. Quod ad hanc ſequentia poſtulantur; viz.

1mo, Ut circumacti ſanguinis vis minuatur:

2do, Ut vaſa, quae ſanguinem effundere ſolent, conſtringantur:

3tio, Ut debilitati, ejuſque effectibus obviam eatur:

86. Ut illorum primum conſilium rite perficiatur, quieſcat, quantum fieri poteſt, aegrota; recumbat idcirco, ni ſanguinis devexo pondere gravetur uterus, et ſanguinis profluvium, compreſſo eo, inducatur: Hocque conveniet praecipue, ſi robuſta ſit et plethorica mulier; ſique plenus et durus arteriarum pulſus. Sanguis necnon detrahatur oportet, et ſumantur ex opio parata; frigidulus ſit aër; tranquilla mens et corpus;

pus; victus tenuis et levis; ſummatimque, omnino convenit regimen antiphlogiſticum: Ut ſanguis vi magis aequabili et regulari propellatur, conferent quae nauſeam aut vomitum cient; ſedantia, (28.) refrigerantia (27.) et epiſpaſtica.

87. 2do, Ut vaſa ſanguinem effundentia conſtringantur, utilia erunt frigus et ſtyptica, an ex foſſilibus an plantis parentur; eaque ſunt acidum vitriolicum, alumen, gummi kino, ſanguis draconis, interne ſumpta, et terra Japonica: Nec nil adjuvabit, ſi acetum frigidum et aqua gelida lumbis, et externo ori, applicentur: Aqua frigida, ſal ammoniacus crudus ſolutus eidem parti in veſica adhibitus, per tempus diuturnum frigus non diſcedere ſinit: At interea iſta quae fortuito obveniant, remotaeque cauſae obſerventur.

88. 3tio, Ut debilitate ejuſque effectibus obiam eatur, ad ea quae (a 32. ad 35.) memorantur, quia hanc exinanitionem plerumque irritandi facilitas inſignis comitatur, atque debilitas ingens, quam jucunda ſequi nequaquam ſolent, ut aegrae vires reficiantur, noſmet recipere oportet; omnino autem aliter ſe habeat res, ſi plenus ſit aegrae habitus et manifeſto plethoricus; iſtiuſmodi enim conveniant quae leniter alvum dejiciunt, et regimen refrigerans.

89. Quando prope eſt partus, ſi ingens et formidandum incidat profluvium, ſique tantum, ut ipſam manum accipiat, os tincae pateat, infans quam maxime autem cura et cautione educatur, puerperiumque perficiatur *.

* Vide Rigby on uterine haemorrhage.

SECTIO OCTAVA.

Abortus.

90. Quem quidem vetusti, in graviditate incipienti, lapsum nuncuparunt, partum vero, in provectiori, praematurum: Apud nuperiores autem istiusmodi vocabula obsoleverunt; restatque *abortus* solus: Definiatur quidem hic foetus aut embryon justo citius exclusum. Mulieribus, quae, an natura, an quaevis alia causa illata, facile irritantur, aut hystericis contingere solet praecipue. In graviditate incipiente, ab octava nempe hebdomada ad duodecimam plerumque accidit; in provectiori, a mense quinto ad partum usque. At ab eo nequaquam quovis gestationis tempore immunes sunt mulieres: Post mensem septimum, quia foetus tunc magnopere vivax est, expulsio talis non nisi profluvium nuncupatur.

91. Ante abortum subsidere solent mammae; detumere per aliquod spatium abdomen; juxta lumbos et pelvin dolor et ponderis sensus percipi; ex utero sanguis, aut nonnunquam humor aquosus, profluere, interdum per aliquot dies non large, at subito augendus; et nausea deinceps, atque doloribus, quasi in partu, insequentibus, partim extruduntur quae insint; sique membranae decidae, una cum iis, pars quaevis, non evitandus abortus *.

PROG-

* Vide Outlines of Midwifery, Manganeti Bibliotheca.

PROGNOSIS.

92. Periculi quantum ab abortu matri ex variis rebus instat supra (84.) memoratum est: Etenim in primis mensibus, quia in iis utero non arcte adjungitur infans, hoc leve est, at, graviditate progrediente, et ampliatis uteri vasis, sanguinis copia major in ea necessaria influit, ea ratione quia secundae laxantur; at quod ad hoc exceptioni est, siquando, antequam foras propellitur, mortuus fuerit infans *.

CAUSÆ.

93. Quia plerumque, quando menstrua profluxura essent, abortus contingit, cum eorum profluvio connecti videretur, accedentibus iis quae supra memorantur, inducatur autem abortus,

1mo, Membrana caduca non rite formata;

2do, Uteri vasis non perviis;

3tio, Villis in ovo deficientibus; ita ut uteri internae superficiei se non rite adjungere possit;

4to, Vasis sanguinem vehentibus nimium distensis;

5to, Sanguinis coacti laminis caducam tunicam, et chorion verum interjacentibus, et obstantibus quo minus placenta rite augeatur, aut rite sanguis inter matrem et infantem communicetur: Et postremo, si quaevis ex consuetudine abortui obnoxia fuerit facta.

CAU-

* Vide Johnson's System of Midwifery.

CAUSA PROXIMA

94. Eadem eſt ac ipſius partus; irritatio, nempe, quae praegreſſa eſt, unde uterus et abdominis muſculi contrahuntur.

OBSTANDI RATIONES.

95. Praeter eas quae in prophylaxi memorantur, quaeque non debent praetermitti, ſunt:

1mo, Ut contractionem minuamus;

2do, Ut plethoram tollamus, aut eidem occurramus;

3tio, Ut irritationem mitigemus.

96. 1mo, Quiete corporis et animi, aëre ſereno, idoneo corporis ſitu, uteri regione nempe elata, ne aut ipſe aut abdominis muſculi valide ſe contrahant, cavendum eſt; ſique immodicus ſit fluxus ſanguinis, conveniet, quod in (87.) recenſetur.

97. 2do, Venaeſectione, et tenui victu, plethorae obviam eundum.

98. 3tio, Irritatio autem mitiganda antiſpaſmodicis iis, quae hyſteriae adverſant, paratis ex opio, remotamque cauſam ſummovendo: Sicut in partu ipſo tractanda mulier, niſi quod vix unquam ante menſem ſextum, vis aliquid admovere convenit, niſi a fluxu matri inſigne periculum inſtet: Oportet in primis menſibus, ſi membranas rumpere conveniat, admodum caveatur; propellatur enim forte foetus, at ſecundae diu poſtea commorentur, nec profluvium deſinere ſinant, quod aliter omnino deſineret *.

99. Ut

* Vide Outlines of Midwifery.

99. Ut abortus evitetur, absint exinanitiones et plethora; at praevertendae aut amovendae causae remotae, et in meliorem vertenda uteri prava conditio; etenim non raro forte placenta diu retenta putrescat, et insequantur inflammatio, excoriatio, et gangraena; idcirco laventur nunc gargarismatis antisepticis, corticis Peruviani decocto, adjecto elixire vitrioli, partes: Atque, ut magis se placentam expulsurus contrahat uterus, ni largius sit profluvium, non inutilia erunt leniter stimulantia clysmata: Quia magis, quae semel abortarunt, huic malo sunt obnoxiae, in prophylaxi monita non levi circa sunt observanda.

100. Seipsas post abortum negligentes, multae perierunt; infirmatae plures adhuc evaserunt; in utero enim forsitan inflammatio cieatur, unde idem crassior nonnunquam evadat; et, ea affectione perstante, una cum dolore ad ligamenta et inguina se porrigente, vix toleranda sit, vita vel eam mors excipiat; aut forte albus fluor et debilitas non discessura insequantur.

——— Brevis esse laboro
Obscurus fio.

Antequam calamum deponam, accipiantur etiam vota mea sincera pro Academia Edinburgena, ejusque Professoribus celeberrimis, illis qui tam nitide, eleganter, et sapienter docent, cognitionemque medicinae per orbem terrarum late feliciterque diffundunt; diu vivant, et floreant, ut arti suae decori, et almae academiae honori esse perstent; dum ego eorum memoriam, quamdiu mei ipsius memor, grato animo et veneratione foveam!

F I N I S.